



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 71. Eorumdem Principum opiniones Cæsari exhibitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

Sæc. XVII.

A.C. 1623.

§. LXXI.

*Eorumdem Principum opiniones Cæ-
sari exhibetæ.*

Præceperat Cæsar, ut Principum fin- *Priorat. hist.*
 guli suas sententias scriptotenus *Ferd. II.*
 traderent, hacque ratione unicuique *part. I. l. 2.*
 mentem suam aperiendi amplior esset *Pufend. l. 1.*
 libertas. Ceteris igitur primi Princi- *§. 40.*
 pes Catholici exponebant, ad Germa- *Londorp.*
 niæ salutem & tranquillitatem omnino *acta publica*
 necessarium esse, ut Cæsar, vicino-
 rumque Principum armis Mansfeldius
 ex universo Imperio protruderetur,
 interminatis severissimis pœnis contra
 omnes Imperii Principes, Ordines, &
 Tribunos, & milites, qui eum vel
 auxilio, vel militari obsequio adjuva-
 rent: exactiones vero pro tuendis Hun-
 gariæ Urbibus ad proxima comitia esse
 differendas, Hollandos autem Lippsta-
 dio, & Westphalia ope Principum pro-
 pulsandos, & Pfaffenmutzium Regis
 Catholici, & Belgii Gubernatricis jussu
 solo æquandum esse, Palatinum deni-
 que non quidem Electorali dignitati,
 ditioni tamen suæ facta deprecatione
 & obsequii pollicitatione reddi posse,
 a Cæsare autem locum esse designan-
 dum pro conventu, in quo in Agnato-
 rum favorem hoc negotium amica
 trans-

Rr 5



Sæc. XVII. transactione componi posset: demum
A. C. 1623. Electoratus translationem a Cæsare ita
 esse moderandam, ne Palatini affini-
 bus damnum caussasse videatur. Die
 autem vigesima prima Februarii Saxo-
 niæ & Brandenburgi Electorum Orato-
 res Mansfeldii & Hollandorum violen-
 tias quidem detestabantur, ad redden-
 dam tamen pacem præsentissimum re-
 medium esse dicebant, si omissa Elec-
 toratus translatione, Palatinus suæ
 dignitati redderetur, & omnes Cæsari
 rebelles subditi concessa præteriorum
 oblivione in gratiam reciperentur, ac
 denique Religionis Lutheranæ refor-
 matione abolita, civitates Imperiales
 militum stationibus, aliisque exactio-
 nibus liberarentur, suisque privilegiis
 frui permitterentur: de cetero autem
 nullus Imperii Princeps absque Elec-
 torum consensu proscribi valeret, hanc-
 que fundamentalem Imperii legem Cæ-
 sar in dubium haud vocatus esset;
 postremo autem, se in ceteris senten-
 tiæ Catholicorum accedere declara-
 bant. Postremo Ludovicus Hassiæ Land-
 gravius censebat, Electoratus transla-
 tionem Collegii Electoralis judicio esse
 relinquendam, pacemque per Bohe-
 micæ reformationis abolitionem, nec
 non Pragensium Ecclesiarum, ac liber-
 tatis conscientiæ restitutionem esse pro-
 curan-

curandam: Præterea Brandenburgici Sæc. XVII.
 Electoris legatus adversus illa iuxta verba A. C. 1623.
 in proscriptionis relatione addita: ab-
solute & illimitate, reclamabat, afferens,
 ea Cæsareæ Capitulationi esse con-
 traria.

§. LXXII.

Ultima Cæsar's sententia circa hæc negotia.

Perceptis Principum sententiis Ferdi- *Carafa l. c.*
 nandus, priusquam suum desuper *Lond. pag.*
 decretum ederet, Moguntinum & Tre- ^{1080.}
 viensem Electores tanquam rei con-
 troversæ arbitros seorsim in consilium
 vocabat. Hi ergo Cæsari, quod
 Palatino partem suarum ditionum gra-
 tiose restituere velit, grates repende-
 bant, supplices, ut saltem ejusdem
 Nepotes in Electorali dignitate restituen-
 da & Palatino jure non privarentur,
 cum absdubio huic consilio pariter Ba-
 variæ Dux consensurus esset: Huic
 moderationi Principes Catholici, cum
 Pontificem quinque armatorum millia
 pro repellendis hostium conatibus ob-
 tulisse intelligerent, absque cunctatio-
 ne subscripsere, reclamantibus itidem
 Acatholicis Principibus: Cæsar autem
 perpendens, quod Catholici tam pro-
 scriptiōnē quam translationē Im-
 perii